



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

Nvm. 4. Situs populorum penes dextram partem, & sinistram.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

codem meridiano ; quæ facilius picturâ quàm verbis expressa sunt.

NVM. 3. De situ populorum penes dextram partem, & sinistram.

NON eodem modo loquuntur scriptores omnes de læuâ, & dextrâ mundi parte : varietas autem loquendi his duobus versibus technicis expressa est,

*Ad Boream terra ; sed celi mensor ad Austrum :*

*Præco Dei exortum videt : occasumque pœta.*

GEOGRAPHVS Septentrionem respicit, & maximè ad polum attendit, ideóque Orientem *dextram* vocat, Occidentem *sinistram*.

ASTROLOGVS contra meridiem spectat & æquatorem ad quem magis sensibiles conuersiones, ideóque Occidens est illi *dextra*, Oriens *sinistra*.

SACERDOTES & AVGVRES in Orientem conuertuntur. Illi ad *surgentem* conuersi lumina Solem. Ideóque meridiem ad *dextram*, Septentrionem habent ad *sinistram*.

POETÆ denique conuertuntur ad insulas fortunatas & in Occidentem, ideóque meridiem habent à *læuâ*, Septentrionem à *dextrâ*.

